



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XVI. Secundarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XVI.
Secundarium.

Secundario quæ eveniunt, in consideratione non habentur, l. 1. ff. de autor. tutor. Jason. in l. quoties. col. fin. C. de judic. M. Anton. in S. legatarius, n. 2. Inst. de legat. ita non attendi secundarium ex l. 1. S. denunciari 14. ff. de ventr. inspiciend. c. quamvis 2. de past. in 6. deducunt Gloss. Alex. & alii in l. de unoquoque de re judic. Jason. in l. nec quicquam. S. ubi decretum. num. 1. ff. de offic. procons. nec dicitur verum detrimentum ejus, qui secundario læditur. Felin. in c. cum olim. de constit. Balb. de prescript. 1. part. 5. princ. num. 20. Valasc. de jure Emphyt. c. 17. numer. 15.

De Secundis Nuptiis vid. Nuptia Secunda.

CAP. XVII.
Securitas, Salva guardia,
Salvus conductus.

Axioma I.

Salvus conductus sive securitas data servari debet, Fach. 9. contr. 59. Pruckman. S. soluta potestas. c. 4. membr. 2. effect. 5. num. 25. etiam hosti, Guid. Papæ q. 118. num. 24. etiam improbo & perverso, Magal. in tract. de salvo conduct. part. 2. reg. 2. Ratio, quia in speciem contractus transit, ex quo etiam princeps efficaciter obligatur, arg. l. 1. ff. de past. l. 1. ff. de constitut. pecun. l. 3. C. de LL. l. 6. de justit. & jur. l. 5. C. de locat. pred. civil. lib. 11. l. fin. C. de quadr. preser. l. 15. de publican. l. 1. S. 1. cum l. seq. de offic. procons. Speckhan. cent. 1. q. 1. num. 2. Menoch. 1. conf. 100. numer. 198. & 218. & arb. jud. quest. 336. per tot. Bertazol. 2. conf. 359. num. 14. Lud. Peguer. de cis. crim. 39. n. 6. Farin. prax. crim. lib. 11. titul. 4. quest. 29. per tot. adeo ut Princeps rumpens eum incidat in crimen læsæ Majestatis, Angel. post Bart. in l. 1. per illum text. ff. ad L. Jul. Majestat. Castrensi. conf. 423. quia scio dubio. 5. col. pen. vol. 1. Boër. decis. 9. in princ. num. 2. & n. 4. cum nemo debeat decipi, qui de ejus literis confidit. Dec. conf. 51. num. 2. Bertazol. 2. conf. ult. decis. conf. 360. n. 11.

II.

Securitas veniendi includit securitatem recedendi, l. 1. C. de navicular. & ibi Bart. Felin. in c. intimamus, in pr. de treug. & pace. Myns. 1. obs. 82. Conf. Perez. C. de Navicular. n. 1. Brunnem. ad d. l. 1. C. cod.

III.

Securitas data certæ personæ non extenditur ad alios, qui sunt ex ejusdem comitatu, nisi in literis nomina eorum exprimantur. Perez. C. de Navicular. n. 16. Nam salvus conductus strictissime interpretandus. Hinc concedens vehere certas merces in patriam hostilem non extenditur ad reversionem aliarum mercium ex loco hostili, Perez. d. l. n. 17.

IV.

Securitas publica non est violanda, qui autem eam infringit, læsæ Majestatis reus est. l. 1. S. 1. ff. ad l. Jul. Majest. Ex causa tamen judex eam potest temperare l. 13. de pan. Perez. C. de Navicular. n. 18.

V.

Is, qui à rectâ viâ deflectit, securitatis & conductus privilegii indignum se reddit. Brunnem. ad l. 5. C. de Navicul.

CAP. XVIII.
Senatus. Senatus Consultum.

Axioma I.

Senatus personam principis representat, Aflic. decis. 120. numer. 6. Valasc. de jur. Emphyt. quest. 6. num. 17.

II.

Quoties in mutuo à filiofamilias accepto concurrat patris consensus vel tacitus vel expressus, toties cessat senatusconsultum Macedonianum. Quia sic cessat ejus ratio, ne scilicet filius pecuniâ mutuatitiâ corruptus minus obediens existat patri, l. 1. ff. ad Senatus C. Macedon. ita igitur pater, qui partem mutui à filio contracti solvit, non poterit quoad reliquum opponere hoc senatusconsultum l. 7. S. pen. ff. eod.

Limita: ut tamen ad probandum patris consensus solum ejus sigillum chirographo impressum non sufficiat, Zöf. ad ff. eod. tit. n. 9. Carpz. P. 2. Const. 10. def. 16. n. 2. nisi simul fuerit subscriptum.

III.

Quoties in talem causam impensum mutuum, ad quam ipse pater obligabatur, toties præsumitur adesse patris consensus. Quia tales impensas ipse pater facturus fuisset, imò facere debuisset, ergo quoad has dissentire non præsumitur, neque adeo locum hic habebit SCtum Macedonianum. Exemplum est in mutuo ad libros emendos necessarios, ad studia &c. dato.

De Senatus Consulto Vellejano vid. cap. Fœmina.

CAP. XIX.
Senectus, Senex.

Axioma I.

Senectus in cunctis semper est honoranda, l. fin. C. de tyron. l. semper 5. in pr. ff. de jur. immunit. l. 1. ff. de alb. scribend. Natt. tom. 1. conf. 195. n. 4. Unde etiam in jure Senioribus multa ut præcipua deferri videmus, ut est, quod tabulæ testamenti apud eos deponi debeant, l. ult. de fid. instrum. ut & alia instrumenta, Hector Felician. de societate. c. 40. n. 53. Myns. 4. obs. 37. n. 4. Gail. lib. 1. obs. 149. num. 9. Meichsner. tom. 3. decis. 34. num. 3. & seqq. item sigillum defuncti, arg. l. 77. S. 28. de legat. 2. Petr. de Raven ad lib. 2. Feud.